

Feliciter !

Solemnem Nuptiarum festivitatem

Consultissimo & Præstantissimo DOMINO

GEORGIO GÜNTERO,

Eximio Jurium Practico,

Sponso,

&

*Amabilissima, Pientissimaq;
Virgini*

ELISABETHÆ ALBINÆ,

Perreverendi & Clarissimi

Dn. CHRISTOPHORI ALBINI,

apud VratisL. ad Divæ Mariæ Magdalenzæ, Diaconi

optimè merentis, dilectæ Filiz,

Sponsæ,

ad d. 31. Octobr.

ANNO 1651.

VRATISLAVIÆ

Cum bono DEO

celebrandam

Sincerè gratulantur

Neogamorum

Amantes, & æstimantes.



CLARISSIMO VIRO,

DN. GEORGIO GÜNTERO, U. J.

Cand. & Practico apud Olsnenses eximio,
SPONSO Florentissimo.

Silicet & Veneri, GÜNTERE Polite, litandum est,
Præmia quò Veneris delitiosa feras;
Post exanthlatos Themidosq; Dicesq; labores,
Quæis Tibi perpetuò Laudis agalma viret.
Sume animos! Erycina Venus Tibi spondet Amores,
Quos fovet in mediis ELISABETHA fibris.
ELISABETHA, Lepor quam clarat, & alma Sûada,
Quamq; sibi gracili vinxit Amore Sais.
Prob Amor! Eurynome quas sensit inantè, Diceq;
Sentiât has, age, nunc ELISABETHA faces.
JAH benè vortat Opus! vidensq; Erycina ministret!
Et decimas decimo mense reponat Amor!

Ita cordicitùs vovet,

JOHANN-HENRICUS CUNRADUS,
Illmæ Ducis Teschenensis Consiliarius.

Ipso

Ipso hendecasyllabos trecentos,
GÜNTERE ô decus optimæ Themistos,
Dudum Conjugio tuo minabar;
Sed, res officii, vide, occupatum
Quàm nunc distineat, bonum ad phaleucum
Quo-memet-minus occupare possim:
Sic hoc nempe negotium volentis
Omnem dispulit impetum poëtæ,
Qui per se minus acer est, residit,
Et ventus veluti subinde ponit.
Et jam, credo, meam VICEM, optimiq;
Ornavit numeris Catullianis
Rector Pierii chori, boniq;
Rectoris specimen, quod addo, MAJOR;
MAJOR, qui pietatis, abditæq;
Doctrinæ variæq; laude major:
Nec non & pius & simul trilingvi
KLEIN-WECHTERUS amabilis Camcenâ;
Tum qui Carminis artifex COLERUS,
Et FECHNERIADES Marone digna
Fingens, aut Calabri Lyrâ poëtæ,
Et quos suspicis, æstimasq; magni
Majorum, mea, gentium, BUDORGIS,
Quos non FREITAGIUS sibi, sed ipse
Summus Scaliger optet OPTIONES.
Votum sufficio, cui, ecce! soli
Jam-nunc sufficio meherclè Mysta:
SIT VESTRIS BENE NUPTIIS: utriq;

Vos ardore reciprocante amate,
Vos ipsos pariter refeminate:
Vos ipsos pariter refeminate,
Atq; ardore reciprocante amate:
Florentes pariter videte *forem*
Natorum, *Patris* indolem, pudicæ
Et *Matris* referentium. JEHOVA
Si vobis *propriam* (quod ipse unum
Votis omnibus unice rogabo)
Isthanc esse sinet *beatitatem*,
Quadraginta etiam valent phaleuci
Ipsos hendecasyllabos trecentos.

CHRISTOPHORUS FREITAGIUS P. L. C.
*illustris Principi Württembergensi à Concioni-
bus sacris, Ecclesiæ Olsnensis Pastor, illustris
Consistorii Adressor, & Presb. in Ducatu Seni-
or primarius.*

Votum Nuptiale

ex Psalmo 128.

*Qui docet, quibus contingat tam temporalis,
quàm Spirituality DEI Benedictio, nempe
his qui timent Dominum,*

Lectissimo Sponsorum Pari,

DN. GEORGIO GÜNTERO, J. U. Practico,

&

Pudicissimæ virgini ELISABETHÆ.

Plurimum Reverendi & Clarissimi Viri,

DN. CHRISTOPHORI ALBINI, Senioris Symmysta Magda-
lenæ Vniū. FILIÆ.

Dum

Dum GÜNTERE, DEO favente, *pacta*
Bresla vis celebrare Nuptiarum,
Nil tadis melius vovere possum,
Hanc præter Benedictionem adauctam,
Quam Psalter celebris piis reliquit
SPONSIS: is memorat viros Beatos,
Quibus sunt Monumenta sancta cordi,
Dextro & tramite iussa qui capesunt,
Illorum vigiles erunt labores
Haut casti, locupletem at omnis usum
Profecto capient rei reapse.
Ut fructus generosa vitis affert
Dulces: sic quoq; LIBERIS adimplet
Uxor fertilis & fidelis ades.
Hinc quando capient dapes, olivæ,
Mensam, instar nitida, nitore cingent.
Sic magno cumulo beat bonorum
Timentes Dominum, DEUS SIONIS.
Maeste ergo, nove SPONSE, faustitate,
Gaude quod Thalamum colis pudicum,
A quò tot bona rivulò ut redundant.
Et quis non Tibi iure gratulari
Vellet conjugii hanc Beatitatem?
Divino præeunte namq; Fato
SPONSA adducitur hæc Tibi novella,
Mentis que simul est tue atq; sortis,
Dilecti GENERI mei SORORq;.
O Bigam thalami parem jugalis!

Inter

*Inter vos AMOR adsit indolofus ,
Et difcors animi exulet voluntas ,
Et curis vacui manete femper .
Tandem germinet hic torus quotannis
Formofas utriusq; ritè Sexus
Plantas , queis vigeat perennè Stemma .*

Ita paterno adfectu vovebat

L. M. Q.

DAVID BOHEMUS, Ecclesie aulicæ &
oppidanæ Bernstadiensis Pastor Rev. Presb.
in Ducatu Olin. Sen. & Duc. Confist.
Adfessor.

ET tu dum fequeris fratrem, charissima Gnata,
Intrans in castum, Sponsa petita, thorum,
Vis, ornem has tedas, scribendo carmina Vestras,
Proq; salute tuâ candida vota feram;
Ast adeo venam morbi vehementia læsit,
Ut nequeam voto hoc jam meliora dare.
Intres felici castissima gaudia lecti
Sidere; principium ferveat usq; novum,
Hinc fortunatum magis, ac felicius ipsum
Sit medium; firmet corda in amore DEUS.
Tandem cum ad feros vitam perduxeris annos,
Sit felix finis, pausa beata, precor!

*Ita titubante quidem calamo animo tamen
verè paterno vovebat*

CHRISTOPHORUS ALBINUS,
Senior, ad D. Mariæ Magdalen.
Diaconus,
Sponse parens.

ALBINE

ALBINE, Eusebies ocelle clarens
Fide Præco DEI, sacrisq; nostris,
Quæ per Magdalidos paramus Ædem,
Addicte Studio piente Mysta;
Faustum gaudeo Te sat esse Patrem,
Nuper FILIUS, æmulus Parentis
In sancto officio, piâq; vitâ,
Felici sibi copulâ jugavit,
Nuptam perlepidam, piam, pudicam,
De bono Generis satû, BOHEMAM:
Quæ suæ instituit domi esse Caja,
Et subindè magis placere Cajo.

Nunc & FILIA nubilis, Marito,
Urbs quem Patria Bresla, quem Themistos
Patroni venerabiles, catog;
Jurium Studio Olsna clara, laudant;
GÜNTERO, sacra post peracta, nubit:
Et cum Glorie, cupit sibi decoris
Virtutum Studiis, Agalma cajæ,
Conjuglq; parare Faustitatem.

O fiat! jubeatq; Faustitatis
Omne Nomen adesse conjugatis;
A quo corcula conjugum jugantur,
Autor conjugii, bonæq; Sortis!

Liberis jubeat simul JEHOVAH
Te quoq; in reliquis, per omne Tempus,
Per vitæ Genus omne transigenda,
Faustum, ex voto animi, sat esse Patrem!

Quo

*Quo Voto satis apprecor Bonorum,
Quæ fidus poterit Pater precari.
Gloriâ, liquidâq; Faustitate
Florentum Pietate Liberorum,
Gaudium nequit, aut Bonum, sub almo
Cœli fidere, majus esse Patri.*

*Ἐπὶ Ἐνοιάσῃ, καὶ Ἐφημέριᾳ
αὐτοκεδίαστὶ scrib.*

M. VALENT. KLEINWECHTERUS
Gymnaf. Vratislav. Magdalenæ Re-
ctor & Professor.

Ad sacra tædarum Tua Festa rogatus amicè,
Pauca quidem, CELEBRIS Sponse, sed æqua feram;
Auspice quod JOVA, JOVA duce, fœdus initis;
Hoc quoq; præsiis hujus habete ratum,
Crescat Amor, crescat Pietas, Concordia crescat,
Et thalami coeptum sic benè crescet opus.
Hæc tria sunt, vestris optem, quæ carmine tædis;
Intrinis quicquam Numinis esse solet.
Cœtera quæ nequeunt festino carmine reddi,
Augcat alma thori prosperitate Trias.

Ita

*Clarissimo & Præstantissimo Dn. Sponso
debita benivolentia ergo, adfectu
amicissimo novebat*

CHRISTOPHORUS BANNERUS
vocatus Præpositus Olsnensis.

Ne

Ne puto, Güntherum jucunda protervia cœpit;
sufficit haut unum, corcula bina cupit.
Hactenus ore uno contentus, corde, animâq;
Non mage, querit adhuc os, cor, & unam animam.
Nempè valere duo plus possint, perficere uno,
Visq; duum precibus major inesse queat.
Appetit hinc ori os, cordi cor addere sponse,
Adde animamq; animæ, non sine fruge dabis.
Auguror, evenient corda, oraq; plura, animæq;
Quæ tecum exorent corde animâq; Deum.
Quo tibi conjugium sit ab omni parte beatum:
Fiat, & hoc tecum corde animoq; precor.

Ita jocosè gratulatur, animitus tamen

SEBASTIANUS PREUSS.

Allusio votiva in cognomentum Sponsi & Sponsæ

*Αἱ Γλωσσίαι, γυναικὸς ἑταίρῃ, λαχῆν γάμον ἔγμαι
ἡμερῶν, ἢ γλυκερὸν, ἴονδε δεῖτεν εὖν.
Ἰὴν ἐλιθάβει, ἔλιν, λύσιαν μελέτωνδῃ, μέλιωσαν,
Νύμφην ἄλιωσῃ, μέλιον αἰψαδ' ἔχειν.*

Günter in umbschrenkten Buchstaben lautet /
Grünet.

Süß färbt auff's Schwärge nicht / ins Weiße muß es kommen
Drumb eine Weisheit hat Herr Günter ihm genommen
Und Grünet wohl in ihr / und Sie erhellet ihn /
Beyammen beyde gehn in voller Zierde hin.

B

JH

Ich wünsch Euch / Günstiger / des weissen volkes Pfleger /
Ihr der beklagten Schutz / und Rechtsgenos der Klager /
So eine lieblich' Eh' : als lieblich / wenn anbricht /
Auf eine schwarze Nacht / das weisse Tagelicht ;
Als ist der Sonnen nutz / und nutz der guten Bienen /
Wie Fettigkeit / uns / wie die süssen Speisen dienen /
So geht mit eurer Braut / die wahre Ehlust ein /
So eine süsse Eh' / als kan die Beste sein.

M. Johannes Lehman/
Archidiaconus & Eccles. Pol.
Namslæ.

Divitiæ veniunt parva sudore Parentum ;
Uxor at à DOMINO non nisi fida venit.
Hac datur, ardenti prece qui veneratur Jovam
Cordaq; spe plenus plena timoris habet:
Tale Tibi donum DOMINUM, GÜNTERE, timentis
Larga nimis DOMINI porrigit ecce manus!
Conjugio stabili dum jungitur ELISABETHA
ALBINO clarò, filia nata, Virò.
Æmula Virtutis Materna, Virgo venusta,
Cui pietas cordi, & cum pietate pudor.
Gratulor ergò Tibi Sponsam, GÜNTERE diserte,
Gratulor & Sponsam, Sponsa pudica, Tibi
Quem Virtus ornat, pietas & gratia morum,
Qui decus Aoniis vivit amorq; Viris.
Vivite felices, consensu crescite, cælo
perpetua donec fœdera pacis erunt!

ὄλοφύχως νοῦετ.

Johann-Georgius Dierix
à Brugk.

Epau-

Epaulium Gamicum.

Cum Te, Sponsa, parentibus
Natum, quos celebrat candor amabilis,
Sciret Sponsus, & insuper
Cervicem roseam, frontis & ardua
Blandos cerneret illices,
Quid miri, vapidas corde quo dintimo
Flamas concipiens novo
Fermento Veneris totus inarserit?
Quod si fortibus & bonis
Nascuntur similes, si lepidis probæ
Matris filia moribus
Consuetur, nitido corpore si micat
Virtus pulcrius, optime
Tu maculata bonis dotis, Elizabeth,
Sanctâ conjugii fide
Sponsi digna venis in thalamum tui.
O fausti nimium Gami,
Vos nexu parili Cinxia copulat,
Et solvi metuens Amor!
Si non vana fides ætheris est, bona
Clotho candidulos dies
Vobis è niveo vellere protrahit,
Quos fors improba nesciet
Spem præter subitis rumpere cladibus.

M. JOHANNIS FECHNERI.

B 2

Æmulus

Amulus hem catus es! Vestigia, SPONSE, sequutus
Commoda Natura, Thalamum dum sorte benigna
Bellâ cum Sociâ properas conscendere sacrum.
Adspicis, ut Boreas, frigus glaciemq, minetur
Accelerans; nidum ut Volucres, animalia quaq,
Abdita per terras sua tecta cubilia quarant;
Sic & tu properas, cernens tibi fata subesse
Turbida, securus tibi nidum quaris & ipse.
Dum lateri jungis Consortem foedere Dio,
Nempe boni atq, mali sociam; est hoc nidus utriq,
Conjugium, mala quod nunquam discordia solvat.
Addo vovens: Vosmet tueatur Gratia JHOVAE;
Vestram Dia PRONEA domum regat atq, secundet;
EUSEBIE Vitam, POLYTECNA Dia Cubile:
Mutuus inste Amor Vobis, sit & una Voluntas
In geminis, concors, patiens, pia, casta, fidelis.

Ita calidè vovet animo & calamo
gratulabundus,

JEREM: Zierenberger / Senat. Actuarius
itid. Provincial. & Opidanus Olsnensis.

Ad

I.

DN. SPONSUM.

Qui fervens nimio Themidos melioris amore,
Nunc Cypridos casto totus amore cales,
Laudo tuum geminum, doctissime sponse, calorem:
Provebit ille Forum, provebit iste Torum.
Plurima quò caleas per vite tempora, faxit
Entheus, atbereâ qui venit ade, Calor.

II.

II.
VIRG. SPONSÆ
DN. PARENTEM.

Salve Vir Venerande, sacra Vir amate Cathedra,
Annuit, ut redeat sospes Hygæa, DEUS.
E lecto surgis: redi vivas exere vires:
Gaude: dat Subolis gaudia pulchra Torus.
Gaudia tam chara Gnate non tedia turbent:
Pax sit compositis perpetuata fibris.
Perge rogare DEUM, SPONSO Patre, Matreq, SPONSA,
Ut fias, quod nos mente precamur; AVUS.
Vive valeq, Tuâ cum Conjuge, Proleq, cunctâ:
Vive doceq, diu, vive doceq, DEO.

Ut ita
eveniat,

Premiſſis Verſiculis,

LECTISSIMIS NEONYMPHIS,

&

ALBINO,

integrato statu Sanitatis reditum

videnti, & gaudenti;

THEOLOGO PIO ac Erudito;

ex

debitâ ac sincera Adfectione

precatur WOLFGANGUS STIRIUS.

Abesto Nuptis ob Phlegethontidem
irata raptam tartareo tibi
Raptore Nympham: foeda cede
Tæda procul, procul hinc, Lyxi.

B 3

Exol

Exose jus & foedus amabile
Thymbræ cedas: cedite vos tori
venena sacris evomentes:
Cedite diūq; deæq; tales.
Lucinā casto casta fave toro,
Adsis novellis: Mater & aliger
Adsis novellis usq; sponsis.
Ecce favetis, adestis atq;:
Nam conjugales in thalamos venit
Nunc sponsa, spondens fædere amabili
Claro perennem sponso amorem,
Nymphula clara, venusta, casta,
Condignus illâ scilicet ipsemet
Nymphâ decorâ sponsus honorus est:
Divinioris juris auctu
Qui Themidis meritat coronam,
Florete flores: florida Nestoris,
Felice seculo, secula vivite:
Et sponse sponsæ, & sponsa sponsi
casto in amore mori studeto.
Sit tale fædus, legitimi DEUS
ô fautor autor foederis annue! Tædæ

Tædæ beantur, Te beante,
Quàm bene dotibus expetitis.

Honoris & amoris ergo f.
GEORGIUS Krieschke/Illust. Scholæ
Olivenf. Rector.

Sonnet.

Mars hat so lange Zeit viel Tyranny geübet /
Viel Jammer angericht / verderbet Leutt und Lande /
Viel Dörffer / schöne Städte / auch Schloßer in den Brand /
Durch des Vulcanus Krafft / gesteckt / uns hoch betrübet.
Ein neuer Krieg geht an: Wolauff / wer ist verlobet?
Wer zucht der Venus zu: der gebe seine Hande /
Daß Er wil trew und fest verbleiben in dem Stande /
Im Eh und Ehrenstand / darzu Er sich ergäbet.
Herr Bräutigam zu vor / war Euer Herz ergeben
Der Pallas gang und gar / legt Euer Sinn und Leben
Sich fast geendert hat / und wollet lernen kriegen
Im Venus = Liebe = Streit. Recht wol habt Ihr gethan /
Auch Eure liebste Braut / mit Gott nur fangt es an /
Ihr werdet in dem Streit mit Ruhm und Ehren Siegen.
Dem Herren Bräutigam / und Seiner herrlich.
sten Jungfrauen Braut / solches von Herzen
wünschende /
Schreib dieses zu Ehren
STANISLAUS Ferß /
Delsnischen Fürstenthumbs Buchhalter.

Nomina novorum conjugum:

Georgius Gunterus: Elisabetta Albina.
ἀγαπητὰς reddita.

Avehis, leges, rogabit: labrané in gustu?

Archis

Avehis optatam Brēslā Gūntere, puellam:
 Hęc venit in thalamum Sponsa decora tuam.
 Hęc tibi curarum motos componere fluctus,
 Et lenire potest blanda laboris onus.
 Sive leges, quicquid Juris Rubrica notavit,
 Seu scribes doctā civica Jura manu;
 Subridens suavi conjux te voce rogabit,
 Quā deceat curas fronte levare tuas?
 Labranē purpureis prosit conjungere labris?
 An recreare velis corpora fessa cibo?
 An potius dulci placeat socialis amoris
 In gustu dulces quærere delicias?
 Sponsa diu tecum felices impleat annos,
 Quæ, nisi te, nullo conjuge digna fuit.
 Crescat & in seros abitura propago nepotes,
 In vestrosq; lares confluat omne bonum.

Ita vovet
CHRISTIANUS STIFFIUS
 Past. Ecclesiæ Argentimontanæ.

Wohl Herr Bruder / wohl getroffen /
 Dieses ist die rechte Zeit
 Da sich iederman versrent;
 Was viel andre heutzlich hoffen
 Hastu schon in deiner Hand
 Als ein treues Liebespfand.
 Niemand kann mann iesz verdencken/
 Der auff Borrath samlet ein
 Weil der rauhe Winterschein
 Sich nun bald wil zu uns lencken /
 Und ein ieder Wirth sich müht/
 Daß er wol sein Haus versieht.
 Denn des Janus stöber, Mücken/
 Und das rauhe Norden Kind/
 Können uns durch scharffen Wind
 Alle Sommer lust entrücken /

Schließ

Schließen Felder / Fluß / und See /
 Durch verfrornes Eis / und Schnee.
 Wer nun da nicht hat beyzeiten
 Auff den Winter zugeschießt /
 Haus und Boden wohl geschießt /
 Dem wird wohl auff allen Seiten
 Mangel / Schuld und Kummer-Last
 Bleiben ein gewisser Gast.
 Aber diesem vor zu kommen
 Hastu Bruder dich versorgt /
 Nichts entwendet / nichts geborgt /
 Sondern hast dir das genommen
 Was dir Gott und Glück erwehlt /
 Und in deine Wirthschafft fehlt.
 Das sind witzige Gedancken
 Die ein kluger Hauswirth führt /
 Daß er seine Wirthschafft ziert.
 Alle die noch im Schrancken
 Ihrer Einsamkeit bestehn
 Sollen hier zur Schulen gehn.
 Da wird sie das Sprichwort lehren /
 Das ein junges Weibchen sey
 Mehr als halbe Brödterey /
 Wie wir von den Alten hören;
 Ja daß dieser Lippen-Safft
 Sey die halbe Lebens krafft.
 Also hat ihm nun Herr Gūnter
 Solchen Hausrath eingeschafft /
 Der ihm giebt im Sommer krafft /
 Und ihn wärmet in dem Winter /
 Der ihn nehret / liebt und labt /
 Und mit newer Lust begabt.
 Jezzo kan ihm nichts mehr fehlen /
 Halbe Brödterey ist hier /

E

Römbt

Römmt der Winter für die Thür /
 Daß ihn wil die Kälte quälen /
 Schleißt Sie Ihn in ihren Arm
 Und macht ihn nach nothturfft warm.
 Zeigt der bundte Lenz sich wieder /
 Da sich alles freundlich paart /
 Hat er schon die Müß' erspart /
 Darff nicht erst auff Liebes-Lieder
 Und auff Vulschafft sein bedacht /
 Weil er dieß schon längst verbracht.
 Wenn von heisser Sonnen Flammen
 Alles steht in voller Brunst /
 Und der Bauren Schnitter-Kunst
 Rufft das Volck ins Feld zusammen
 Hat er was ihm kühlung giebt /
 Und ohn alle falschheit liebt.
 Ja er kan der Hoffnung leben /
 Wenn der Herbst die Trauben giebt /
 Daß die Rebe die er liebt
 Ihm kan frische Trauben geben /
 Die man auff dem Bettchen trägt /
 Und in Wieg' und Mulden legt.
 Nun ihr neu gepaarten beyde /
 Weils dem Höchsten so beliebt /
 Daß man euch zusammen giebt /
 Haltet eure Hochzeit-Freude /
 Die euch gönnt und giebt die Zeit
 Mit vergnügter Fröligkeit.
 Forthin soll euch reich begiessen
 Gottes milde gnaden-Hand /
 Wenn Er über dieses Land
 Best die Segen-Ströme fließen /
 Was ihr habet / groß und klein /
 Soll von ihm gesegnet sein.

Dann

Dann wird sich die Wirtschaft mehren /
 Wenn der keuschen Liebe brunst
 Segnen wird des Himmels gunst /
 Ja wir werden künfftig hören /
 Daß der Bräutigam fleißig wiegt /
 Und die Braut zu singen kriegt.

Auß Brüdertlicher verrentwiltigkeit auffgesetzet von
 Augustin Krausen Diacono zur Bernstadt.

Antea voluisti, GÜNTERE, volumina juris,
 Et Tibi prima fuit cura vacare Foro.
 Jam Tibi legitimo vis fædere jungere Nuptam,
 Et pia concordis jura subire Tori.
 Gratulor & voveo, ad Te, Jhovâ dante, redundant
 Commoda multa Fori, commoda multa Tori.

Ita gratul:

M. GOTTFRIDUS GRASS,
 Diaconus Lygio-Aulicus.

Ad thalamum, Güntere, Tuum me carmina poscis;
 Sed versus nunc vult currus habere meos.
 Quidnam, Sponse, Tibi voveam tam tempore curto?
 Ut comitent tadas plaustra referta bonis.

Properante aurigâ, ipse properabam

ES AIAS MAJOR
 Vratislaviensis, juris Studiosus.

VOta tibi, Güntere, fero, Subscribat ut ipse
 Votis Amicorum DEUS;
 Cum votis Ænigma tibi propono vacanti,
 Quod Sponsa facile solveret.
 FABULA sum vulgi, notumq; per oppida nomen:
 Et cujus orior nomine,
 Aut ego dicor ab hoc, aut hic sic dicitur à me;
 Sed fio, ut esse desinam.

ELIAS MAJOR.

Die

Wie Süsse eitelkeit / die wir das Lieben nennen /
 Die hebe / Herr Günter / ihr nunmehr auch an zubrennen /
 Und zwar zu rechter Zeit / ietzt da zur Hochzeit steh
 Sehr wohl und köstlich reymbe das Wildt und feder. Vich /
 Jetzt nu der Ziehmer sich am allerbesten pflicet /
 Und da uns gutten Wein und fette Gänße schicket
 Der Heylige Martin: Nu als zur Mauck eintrete
 Vom frischen Winter Obst / und sie ins Bettstroh legt /
 Des Schulgen grosser Hanß / da lest er ihm behagen /
 Auch gleichsamb in sein Bett zur Maucken ein zu tragen /
 Den Ausbund der Natur / der schönheit Meisterstück /
 Darzu ich frölich Wünsch mit vollem Hals Glück!

F. X.

Biblisches Kägel /

Der vielgeehrten Jungfrau Braut / zu fernern
 Nachdenken / mit Herzlichem treuen Wünsch /
 fürgelegt:

An dero Hochzeitlichen Ehrenfest /
 Anno 1651.

Was mag es doch wol sein? Es hat kein Fleisch noch Blut /
 Das gleichwol Blut und Fleisch mit grosser lust kan Tragen /
 Geht' einen solchen Weg / den Niemand wird erfragen /
 Bringt manchem Leyd und Todt / mache vielen Trost und Muth:

Der Weyße Salomon führt dieses Gleichniß ein:
 Ich Wünsche / daß die Braut im Estand möge haben /
 Zu Gottes Ehr und Lob / dergleichen schöne Gaben /
 Wie dies! so muß Ihr Herr gewiß Glückselig seyn.

Von

M. Vida Heibet.

E N D E.